P. D. Congratulamur tibi plurimum omnes, Vir omnium humanissime, ac
preceptor doctissime, quum te doctiss. viris, cum aliarum nationum,
tum maxime Helvetiae nostrae fulgentissimis syderibus, consue-
tudine et amicitia esse nactum intelleximus. D. Erasmum
Roterodamum, certo. (quem nemo satis unquam laudavit, quare potius
silendum duxi, quam de eo frivole quiddam ineptire.) Ludovicum
Berum, Amerbachios, Brunone & Basilium una cum Beato Rhenano
ceterisque multis, quos nunc Basileae vivere feliciter accepimus. Quod,
sicut te plurimum delectat, sic nos quoque tibi quotidie applaudimus.
Ceterum magnum honorem tibi ab Helvetiis nostris ubique tribui
nulli dubium est, apud quos te quietas olim sedes locare
speramus. Vellem Tiguri, quod, ut quamcitissime fiat, deos supplex
invoco. Sic ex citius Vienna venies et unde nos fortassis,
hyeme transacta, iterum repetituri sumus dulcissimam patriam
nostram, ubi tu Apollo Delphicus omnibus consulendus eris,
aeternumque vivet nomen honorque tuus. ἀμήν.
Audivisti procul dubio iamdudum (quod cum tugurio ... sepius effugiebat) de incendio nostro, unde (ut
fideliter singula referam) hec domus, que sunt ex opposito
Domus Medicorum, inter Cuspinianum et Magri Öchsl usque ad
Singerstrass fere omnes sunt exustae. Sola domus Medicorum
in eo latere tecto privata est et coquina superiori. Libros
tuos, lectisternia & alia omnia integra et illesa servavimus.
Ego n. (ut et de me loquar) primus, Conventore nostro decepto, per
hortulum irrupi, Nam propter flagrantiss. ignem et vulgi ineptum
~~(ut sic)~~ tumultum, alia ingredi non poteram. Inveni itaque
optimum Magistrum Volfgangum, stupidum nec sui compote. dicebat
n. Maria gottmutter was soll ich thun, dixi ego incipite jam
secum ut libros Doctoris et vestros quoque eripiamus. Colligite
etiam lectisternia ac reliquam supellectilem, cepit itaque miro ferari.
Arripientes vero ego et Volfgangus Zimerman, quem in itinere
reperi alia spectantem, nec non n. de domo vestra fratres venerant.
et Joannes Singrenius de Kempten, primo in platea pre - S.

Hieronymum deposuimus onera, Thoma puero Custodi reli
Venerant deinde alij, Magister Georgius Riffamer qui iam
insiliens Bibliothecam aperuit, in qua deinde omnia gravi
Deinde cum pro Calore et flammas prolantes utrumque longius mo
non dabatur Servuli Magistri Volfgangi tectis rapitibus a
fugimus. Deinde paulatim decrescente incendio plac
ingressi curavimus ut singula custodirentur ne quid ultra in
deretur. Domus vero ex domo Doctoris Lenrich inge
accepit auxilium alias fortassis de ea actum fuisset et de a
Haec tenus quae scripsi ego vidi, alia forte habes e
Magistro Volfgango, qui omnia (ut mihi videtur) tibi curat
Ceterum te plurimum oro, ut Vicedomino de me scribas
neque enim aliter quam ab eo, nisi Doctore Wilhelmo ar
Vivo labore meo satis egre. Tigurinis meis et alijs Aene
Vergilij, pro ingenioli mei pusillanimitate conspicua suscep
mox Spherae fundamentula eis quam tradere conabor. Textu
lib. de anima ab Magistro Joanne Cracoviensi diligenter audi
Si nummi non deessent, insignia Magisterij acceptare habe
sed parentes utrumque molestare non ausim. Differendu
(si tibi non displicuerit) censui ad annum futurum, aut f
sis Ludimagister ero in Tiguro, de cetero, humanitate tua
supplex oro, ut patrem meum queras. Commenda me (u
promisisti, et ego non dubito) Dominis Canonicis Tigurinis (
et Magistro Hermanno Militi quam amico colendissimo, (
quem scriba cum vocaverit. Vive faustissime cum Conrad
Fratre meo. Viennae raptim [redacted] An
Septimo Kalendas Augusti.
M. D. XVIII
Tuus Georgius Binderus
Tigurinus.